



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 64. Opinionum varietas in hoc conclavi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** Angelus Cardinalis tit. S. Marci, dictus  
**A. C. 1406.** Constantinopolitanus; Jordanus de Ur-  
 finis Cardinalis tit. S. Martini; Joannes  
 Ravennas tit. Sanctæ Crucis; Antonius  
 Tudertinus Cardinalis tit. S. Praxedis;  
 Raynaldus de Brancaciis Cardinalis Dia-  
 conus S. Viti; Landolphus Barenfis tit.  
 S. Nicolai; Cardinalis Otto de Columna  
 S. Georgii, & tandem duo Cardinales,  
 Leodienfes dicti, Petrus S. Angeli, &  
 Joannes S. Cosmæ. Hi ante omnia ma-  
 turo subiciebant examini, utrum atten-  
 to præfenti Ecclesiæ ftatu alium Ponti-  
 ficem in demortui locum fufficere expe-  
 diret? fed fuffragantium animi in duas  
 fecabantur fententias.

## §. LXIV.

*Opinionum varietas in hoc conclavi.*

**H**orum nonnulli electionem differendam  
 cenfebant, donec plenius conftaret,  
 quibus mediis Gallia, quæ certiffimam  
 extinguendi fchismatis viam propofuerat,  
 uti decreverit, ut Benedictum, evenien-  
 te æmuli fui obitu ad dimittendum Pon-  
 tificatum urgeret, prout ipfus promife-  
 rat. Si enim, inquiebant ifti, hoc ad  
 exitum perveniret, ob fingulare Gallia-  
 rum Regis ftudium, atque auctoritatem  
 certo certius fperandum fore, jam o-  
 mnibus in unum fenfum confpirantibus,  
 talem,



talem, qui ab universo Orbe acceptare-  
 tur, Pontificem communibus suffragiis  
 eligi posse. Alii ex adverso dicebant,  
 non levia ex longiori electionis mora, ti-  
 menda fore pericula, maxime, ne forte  
 Romæ novi fuscitarentur tumultus, Ro-  
 manis, cum nullus interim Urbis governa-  
 cula teneret, facile temporalem sibi aucto-  
 ritatem denuo vindicaturis. Dein, Be-  
 nedictum jam aliunde, insuperhabita fi-  
 de toties data ad deponendum Papatum  
 minime pronum, abs dubio hanc cuncta-  
 tionem in rem suam versurum, ac magis  
 magisque animum in solita sua pervica-  
 cia obfirmaturum, certa spe fretum, quod,  
 cum præter se ipsum nullus alius re-  
 nuntiatus sit Pontifex, sensim totus or-  
 bis in sui obedientiam concessurus sit. In  
 hac opinionum varietate, quid tandem  
 conclusum fuerit, percipiamus.

## §. LXV.

*Conditiones, sub quibus Electio Pon-  
tificis decreta fuit.*

Tandem Papam eligere statuunt, ea ta-  
 men lege, ut electus se non nisi velut  
 Pontificii muneris Administratorem ge-  
 reret, ac Papatu cederet. Ergo vicesi-  
 ma tertia Novembris in Conclavi publi-  
 cas conficiunt tabulas, vi quarum singuli

*Theod. Niem  
de schism.  
lib. 3. cap. 1.*

F 2

Cardi-